ELEMENTA JVRIS CIVILIS SECVNDVM ORDINEM PANDECTARVM,

COMMODA AVDITORIBVS METHODO *ADORNATA*,

A

IO. GOTTL. HEINECCIO, IC.

CONSILIARIO AVLAE REGIAE PRVSSICAE, ANTEHAC IN ACADEMIIS HALENSI ET FRISICA ANTECESSORE, IAM IN ILLVSTRI VIADRINA PAND. ET PHILOS. MOR. ET RAT. PROF. ORD.

Editio tertia auctior & emendatior.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

ARGENTORATI,
Apud HENRICUM LEONHARDUM STEIN.
MDCCXXXII.

VIRO

ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO,

IO. PETRO A LVDEWIG,

IC. CELEBERRIMO.

POT. PRVSSORVM REGI A CONSILIIS SECRETIORIBVS, ACADEMIAE HALENSIS CANCELLARIO, ET IVRIVM AC HISTORIARVM PROFESSORI EXIMIO.

DYNASTAE IN BENDORF ET GATERSTED,

S. P. D.

IO. GOTTL. HEINECCIVS.

IAm pridem TIBI hoc officium debeo, VIR ILLVSTRIS, vt quanti praeclara TVA, quae in vtramque rempublicam exſtant, merita, quanti inuſitatam, qua polles, eruditionem, ac ſinceram in primis amicitiam, qua raro exemplo & abſentem me

Q. D. B. V.

ELEMENTA IVRIS SECVNDVM ORDINEM PANDECTARVM.

PARS I. SEV ΠΡΩΤΑ.

LIBER PRIMVS.

TIT. I.

DE IVSTITIA ET IVRE.

§. I.

IVriſprudentiam tradituris merito a fine, ad quem comparata eſt, obiectoque, in quo verſatur, auſpicandum videtur. Quum itaque IVSTITIÆ fruendæ cauſſa reperta ſit iuriſprudentia, hæc autem in IVRE interpretando adplicandoque verſetur: appoſite ſane IVSTINIANVS προλεγόμενα quædam de IVSTITIA, tanquam proximo artis noſtræ fine, * nec non de IVRE, eiusque origine & ſpeciebus præmiſit.

Iuriſprudentiæ finis & obiectum.

* Vltimus enim eſt interna reip. tranquillitas, & vt illa recte gubernetur. §. 7. *proœm. Inſt.* Abſurde itaque illi, qui vtriusque iuris finem eſſe aiunt beatitudinem ſempiternam. Vid. Petr. de Marca *Concord. Sacerd. & imp. II, 10.*